

*Das Brixner Domkapitel an NvK. Sie bitten um Übertragung des Hospitals von Klausen an den Domberrn Stefan Stainhorn, der bereits eine päpstliche Provision für dieses Hospital erlangt habe. Darüber hinaus bitten sie nochmals um Bestätigung ihrer Privilegien, wobei NvK auf die zuvor von ihm vorgeschlagene Klausel („nach Maßgabe des Rechts und ohne Einschränkung der bischöflichen Würde“) verzichten sollte.*

*Kopie (ca. 1460): BOZEN, StA, Codex Handlung (ehemals INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 67<sup>v</sup>-69<sup>v</sup>.*

*Regest: Jäger, Regesten I 317 Nr. 225.*

*Erw.: Jäger, Streit I 327f.*

Reverendissime pater, domine gracie. Post humilem recommendacionem, obedienciam et reverenciam debitum et devotis. Alias per medium confratris nostri d. Georgii Golser, qui vestre rev<sup>me</sup> p. scripsit<sup>1)</sup>, et ex post per confratrem nostrum magistrum Michaelem<sup>2)</sup> verbo instanciam fieri fecimus, ut v. r. p. venerabili patri domino decano<sup>3)</sup> ut hospitalarium in Clusis<sup>4)</sup> sibi presentandum hoc vice institueret, nomine vestre rev<sup>me</sup> p. committere vellet. Arbitrabamur p. v. votis nostris annuere, sed scriptis vestris 5 comperimus desiderium p. v. fore, ut presentatus ad v. p. remitteretur.<sup>5)</sup> Sed non est nobis visum hospitali has expensas facere debere. Nullus enim tantam viam faceret suis expensis, et ita in hospitalis dampnum redundaret; nec aliquis est, qui vellet huiusmodi fatigam tam periculoso itineris suscipere et labores tante cure cum dimissione porcionis prebendalis subire. Et quia ex debito prestiti iuramenti, quod capitulo et ecclesie fecimus, ad iura capitulo conservanda obligati sumus, idcirco consensimus non amplius differre 10 sed huic hospitali de persona ydonea, quantum in nobis est, providere. Et licet iteratis vicibus de hoc tractaremus, non reperimus tamen aliquem canonicum instanciam facere aut aliquem alium ex hiis, quos utiles iudicamus ad subeundum hoc regiminis onus inducere posse; et formidavimus denique iuxta statuta Lateranensis concilii provisionem ad sedem apostolicam devolutam esse.<sup>6)</sup> Sed nobis innotuit confratre nostro domino Stephano Stainhorn referente, ipsum hospitale huiusmodi, ne per alios impetraretur a 15 sede apostolica, pro iuris capitulo conservacione ad cautelam impetrasse, quamvis bulle adhuc in camera apostolica existant.<sup>7)</sup> Et dixit se paratum iura sua ad vota capitulo resignare. Demum attendentes ad spiritualia et temporalia ibidem gubernanda pre ceteris dictum d. Stephanum hac vice apciorem esse, idcirco apud eundem instetimus rogando, ut onus huiusmodi subeat, et eundem d. Stephanum pro regimine dicti hospitalis vestre r<sup>me</sup> pt<sup>is</sup> per hec scripta presentamus, petendo et instando humiliiter, quatenus p<sup>tas</sup> vestra rev<sup>ma</sup> eum instituere per litteras suas velit gracie aut domino preposito Novecellensi<sup>8)</sup> in partibus id committere dignemini. Speramus enim, quod per dicti domini Stephani industriam sanctum hospitalis utilia suscipiat incrementa.

Si autem, quod non speramus, p<sup>tas</sup> v. r. causas legitimas et rationabiles haberet, propter quas non videretur ibidem dictus d. Stephanus instituendus fore, saltem dicto d. preposito dare velit in commissis, 25 ut alium quemcumque ex canoniciis presentandum duxerimus, ibidem hac vice instituat. Accelerare in ea re expedit, quia pro nunc tempora vindemiarum et provisionis domus ac colligendarum fructuum instat.

Ceterum de privilegiis et littera nobis solita dari per episcopos Brixinenses pro tempore existentes sepius interpellati sumus et valde dolemus, quod p<sup>tas</sup> v. in ea re difficultatem facit.<sup>9)</sup> Ad ista enim est deuentum optimis respectibus et per hec nutritur et conservatur amicicia, caritas et benivolencia. Nec ea, 30 que in privilegiis continentur, in ista ecclesia dumtaxat observantur, sed hiis similia et maiora in singulis quasi quinquaginta cathedralibus Almanie conceduntur et fiunt. Nos perpendimus exorbitancias plurimas per predecessores vestros factas et per successores vestros fieri posse, quare valde utile iudicamus pro ecclesia, ut observancia ista rationabilis continuetur, et formidamus futuris temporibus multas differentias, si interrumpi istam observanciam sew denegari, quod absit, contingeret, suboriri posse, que ad 35 magnum incommodum ecclesie cederent. Velit itaque gracie p. vestra hiis respectibus iuxta copiam hic inclusam nobis litteram per presentem nunctium transmittere faciendo nobis in ea re gratiam et complacenciam gratissimam futuris temporibus promerendam. P<sup>tas</sup> vestra rev<sup>ma</sup> addere voluit unam clausulam „quantum de iure et sine lesione pontificalis dignitatis“. Sed nobis videtur id minime expedire, quia privilegium nichil conferre videretur, prout p. vestra optime noscit. Acquiescat p. vestra cum gratia clare votis 40 nostris, uti vestri fecerunt predecessores, et erimus eo prompctiores ad quevis rev<sup>me</sup> p. v. grata et accepta. Dignetur p<sup>tas</sup> vestra rev<sup>ma</sup> remittere hunc nunctium cicius cum litteris premissis gracie expeditum. Omnipotens p<sup>tem</sup> v. rev<sup>mam</sup> conservare velit feliciter. Ex Brixina die xvi augusti anno etc. lix.

<sup>1)</sup> Der Brief des Domburrrn Georg Golser ist nicht erhalten. Auf ihn wird nochmals in Nr. 6071 (1459 Dezember 19) verwiesen. Hieraus geht auch hervor, dass Golser sich in Florenz aufhielt. Da dieser Brief den Verhandlungen zwischen NvK und Michael von Natz in Rom Ende Mai 1459 (s.o. Nr. 5935) vorausging, könnte er in die Zeit zu datieren sein, als sich Pius II. in Florenz aufhielt, nämlich vom 26. April bis zum 5. Mai 1459; s. Pastor, Geschichte der Päpste II 46f.; Brosius, Itinerar 427.

<sup>2)</sup> Michael von Natz, Propst des Marienstifts im Kreuzgang zu Brixen. Er war Teil der Gesandtschaft der Brixner Stände die im Mai/Juni 1459 mit NvK in Rom verhandelt hatte; s.o. Nr. 5935.

<sup>3)</sup> Konrad Judenfraß von Matrei, Brixner Domdekan.

<sup>4)</sup> Das Zwölfapostelhospital in Klausen. Es war gemeinsam mit der Pfarrei Latzfons dem Brixner Domkapitel inkorporiert; s.o. Nr. 3861 Anm. 20.

<sup>5)</sup> Das Kapitel bezieht sich offenbar auf ein nicht erhaltenes Schreiben des NvK, in dem er eine persönliche Präsentation des neuen Rektors gefordert hatte.

<sup>6)</sup> Dies wäre nach einer sechsmonatigen Vakanz zu befürchten. Zur Devolution des Kollationsrechts s.o. Nr. 4124 Anm. 5.

<sup>7)</sup> Stefan Stainhorn hatte das Hospital noch bis zum Jahre 1456 besessen und dann resigniert, offenbar weil die wegen der Union mit der Pfarrei Latzfons bestehende Seelsorgeverpflichtung den Erwerb einer weiteren Pfründe ausschloss. Er hatte sich dennoch eine Provision mit dem Hospital gesichert, da auf absehbare Zeit kein neuer Brixner Kanoniker gefunden werden konnte, der das Hospital übernehmen wollte; ROM, Arch. Vat., Reg. Suppl. 508 f. 136<sup>v</sup> (1457 Oktober 1); s. Pitz, RG VII 295 Nr. 2645. Vgl. auch eine Notiz über eine nicht erhaltene Präsentationsurkunde für das Hospital zu Klausen; BRIXEN, DA, Konsistorialarchiv, Lade Visitationen, Mappe 1574, 1602: Adest aliud instrumentum presentationis facta a capitulo in favore d. Stefani Stainhorn ad Nicolaum cardinalem, episcopum Brixinensem, 1460. Sigillum est amissum.

<sup>8)</sup> Kaspar Aigner, Propst zu Neustift.

<sup>9)</sup> S.o. Nr. 5935.

<sup>10)</sup> Jakob Lotter, Brixner Dompropst.

<sup>11)</sup> S. Anm. 3.